

funt, qui accedunt ad benedictionem siue
Eucharistiam. Et non pugnat cum hac do-
ctrina articulus de Assumptione Christi in cæ-
lum.

August. lib. i. ad Ianuarium.

Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem
tanti Sacramenti, in os Christiani prius intras-
set Dominicum corpus, quàm cibi cæteri.

In Iohan. Carnem Christi non edamus
tantum in sacramento, quod & multi mali-
faciunt, sed usq; ad Spiritus participationem
manducemus, ut in Domini corpore tanquam
membra maneamus, ut eius Spiritu vegete-
mur.

Medit. cap. 15. Gratias tibi Deus Om-
nipotens ago, pro sacratissima illa effusione
preciosi sanguinis Filij tui, quo sumus re-
dempti: simul & pro sacrosancto & viuifico
mysterio Corporis & sanguinis eius, quo quo-
tidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, ab-
luimur & sanctificamur, & unius
summæ diuinitatis partis
cipes efficimur.

DE